



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 15. Sancta Liberata obtenta à Deo barba virginitatem defendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

duxerant; postea laude & gratijs Deo dicitis, adductam domum reduxerunt; ubi postquam septem annis superuixit, morte pietate religioseque obiit, ipso vitae exitu testata, melius sibi fuisse, loqui non potuisse, quam male esse locuturam. Quod etiam aliæ lingulacæ & blateratrices feminæ optare deberent. Minus enim deforme est, defectu corporis, quam virtutis laborare. Quamvis & malus spiritus linguam subinde vinctam teneat, ne Deum laudet. Hinc *ejecto demonio locutus est mutus*. Itaque & Matth. 9: tacere aliquando malum est, & loqui bonum; aliquando autem satius, non posse loqui, quam nimis loqui; ut & silentium, & eloquium à Deo, vel diabolo possit provenire.

## § XV.

*S. Liberata obtenta à Deo barba virginitatem defendit.*

Quemadmodum autem grande beneficium fuit huic mulieri, linguæ usu fuisse destitutam, ita & aliæ piae feminæ, ut pudicitiam tuerentur, ipsam formæ suæ destructionem, tanquam beneficium, à Deo petierunt. Adeò quod monstrorum est Martyrolog. Roman. Magno Mundo, pulchrum est Deo. S. Liberata,

B b 3

alio-

Ian. ad      alioqui Wilgefornis, apud Belgas Ontkom.  
 Vſuardū,      mera, Germanis Ontfummcernuſ dicta,  
 & Abbas      Regis Portugalliae filia, clam Christiana  
 Anhusan.      nescio parente, omnium totius regni for-  
 in Stem-      mosissima habebatur, quam speciem vnā  
 mat.      cum virginitate Christo addixit. Sed non  
 Christi.      defuit generosæ menti tentator, vt virtu-  
 20. Iulij      tem etiam pugna redderet illustriorem.  
 post Bar-      Abierat è mortali vita mater eius. Pater  
 tholom.      qui sine vxore nolebat viuere, cùm spon-  
 Riccium      sam circumspiceret, nullam potuit hac fi-  
 in trium-      liâ suâ vel nobiliorem, vel venustiorem re-  
 phal.      perire, quæ videbatur ex omnibus gratijs  
 Christi      composita. Ethnicus igitur homo nihili  
 erucifixi.      faciens reuerentiam sanguinis, eam in  
                 coniugium expetijt. Liberata exhorruit  
                 petitionem incestam, potiusque millies  
                 mori maluit, quām consentire in nuptias  
                 tam inauspicatas. Quid, inquiebat, pater  
                 meus Oedipum aget? ego eadem & filia,  
                 & vxor illi ero; filij autem mei, si quos  
                 genuero, fratres mei vocabuntur? Absint  
                 à me tales nuptiæ. Quæ nullas volo, etiam  
                 acceptabo inhonestas? Quām infandus  
                 hic esset Hymenæus? An non

*Pronuba Tiphone tbalamis ulularet in  
 istis?*

*Et caneret mæstum denia Carmen auis?*

*Priūm precibus agens,*

*Da mihi perpetua genitor charissime, dis-*  
*xit*

*Virginitate frui, dedit hoc pater antè*  
*Diana.*

Postea etiam grauioribus verbis iudas iugales execrata est. Vidisses contrarios utrinque motus. Quantum filia à tali connubio abhorrebat, tantum impurus parentis ambiebat, cuius desiderium ipsa negatione incendebatur. Itaque in eo res erat, ut filiam quantumuis matrimonium detrentem, regia potestate adigeret ad nuptias adornandas. Quò fugeret innocens virgo; iubente patre, cogente rege, nisi ad eum, qui est rex regum, & naturæ Dominus? Illum ergo contentissimis precibus oravit, vt id, quod patri maximè esset illecebrosum, & caussa tam infandæ petitonis, in se mutaret, formamq; illicem insignter deuenustaret. Audijt hoc votum Deus, atque vna nocte ita eam vehementer deformauit, vt die altero viri, non feminæ amplius speciem præ se ferret. Barba enim hispida, & prolix a mentum illius genasq; contexit vndique, verum hoc omni-

B b 4

bus

bus & subitum monstrum videbatur. Parrens ita demutatam nec pro femina, nec pro filia agnouit, sed, quod comperisset, esse Christianam, diris eam tormentis subiectam, tandem in crucem clavis affixam crudelissime interemit; hoc ipso postea, in toto terrarum orbe celebratam, quia barbata virgo mori maluit, quam incæsto coniugio fœdari.

## §. XVI.

*Galla vidua amore castitatis barbata.*

Tanta est Numinis prouidentia, tanta Conditoris cura, ut Christus. verè dixerit: *Vestri capilli capitū omnes numerati sunt;* & quidem ita numerati, ut alibi addiderit: *Et capitū de capite vestro non peribit.* Quod si capillus de capite non cadit, sine prouidentia Dei, multò minus sine eadem prouidentia illi accedit. Numinis igitur & sapientia & bonitas est, etiam feminæ barba, sub qua tutò castitas potest latere, quæ vtique plus pulchritudinis habet, quam vlla etiam in hoc sexu barba monstrositatis. Quare etiam in hunc numerum apponenda est Romana illa vidua, de qua D.

S. Greg. lib. 4. dia-  
log. c. 13. *Galla huius urbis nobilissima puella Symma-*  
*chi con-*

Matth.  
10.30.  
Luc.21.18.